



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Digressio VI. De rigore Iudicij Discussionis, & horrore Iudicij Reprobationis,
secuturi post mortem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

promptitudo obedientiae, abnegatio sui, & supportatio cujuslibet adversitatis pro amore Christi.

C O N S I D. III.

De praevisione, & timore futuri judicij.

O miserrime, & insipiens peccator! qualiter ante districtum stabis Iudicem, cui nihil est occultum, qui muneribus non placatur, nec excusationes recipit? quid respondebis Deo omnia mala tua scienti? Ut quid non praevides tibi in die judicij, quando nemo poterit per alium excusari, vel defendi; sed unusquisque sufficiens onus erit sibi ipsi? Igitur time judicium Dei, & expavesce iram Omnipotentis.

Idem c.

24. 1.

Idem l. 3.

c. 4. 4.

D I G R E S S I O VI.

De rigore Judicij Discussionis contra Personas Deo sacras; & horrore judicij Reprobationis contra praescitos post mortem secuturi.

T H E O P H O B V S.

(i.)

Ille quondam aetate, vitae austeritate & miraculis prodigiosus Anachoreta

Abb. Elias

tria timuit;

I

cen-

centum & decem annorum sententiam
 Abbas Elias dicere solitus erat, in
 expavescere supra modum; discer-
 nem animam à corpore; inevitabilem
 ram supremo Iudicè comparandi ne-
 sitatem; & finalem de se sententiam.
 Concussos horrore sagittæ mortis
 hodie reliqui, dilectissimi; nunc
 dius Iudicij seu discussionis divinae
 mortem fulgore suo mentis vestrae
 Religiosæ & timoratae oculos per-
 get: Reprobos autem fulmen Bo-
 pheæ (exitialis videlicet sententia)
 morte sempiternâ mactabit. A
 discussionis seu indignationis Dei
 cio, quâ omnipotens ejus Iustitia,
 tra statûs sui exigentiam incuriosos,
 gentes & tepidos Christianos, ab
 mortalis quidem culpæ, cum in-
 tamen venialium reatu hinc decedens
 in piaculares flammæ detrudit, ab
 inquam, iudicio exordiamur; quod
 cum tanto rigore districtissimus Iudex
 maximè contra consecratas suæ divi-
 næ Majestati personas exequetur, ut &
 columnæ (Sanctissimi quique) ab
 tanquam imminente cervicibus suis
 gure contremuerint.

Rigor Iudicij
 divini
 contra per-
 sonas sacras
 & cur?

II. Et hoc idcirco, quia talis
 personarum Regularium & Ecclesiarum
 carum tam excellens est electio, ut, quæ

alijs Ecclesie membris non vocantur ad cul-
 pam, in illis tamen habeantur illicita; & ple-
 rumque quod in laicis culpa non est, hoc
 Crimen est in sacro ordine constitutis: om-
 nium verò gravissimè apud S. Bernard.
 Inter seculares nugæ, nugæ sunt, in ore
 Sacerdotis (& Religiosi) blasphemia. Con-
 secrasti os tuum Evangelio (ac Votis) ta-
 libus jam aperire illicitum, assuescere Sa-
 crilegium est: sædè ad cachinnos moveris,
 sædius moves. Deum immortalem! si nu-
 gæ in tanto rigore pro blasphemijs &
 Sacrilegijs discutientur, quis sustine-
 bit? aut quis Dei omnipotentis oculos
 aquilinos (tametsi non furiosos, aut ful-
 minantes, fulgurantes & iratos tolerabit?
 aut quid tandem Vos peremptoriè ad
 ejus Tribunal citati respondebitis, dum
 reos plurimorum etsi venialium dun-
 taxat piaculorum tremebundos hisce
 verbis adoriatur.

III. Reddite & Vos duo Evangeli-
 ei Debitorum rationem villicationes ve-
 stræ: ordinati & professi estis, sacris
 tunicis induti, attonsi, in partem sor-
 tis Sanctorum selecti, segregati à pec-
 catoribus & cælis excelsiores facti estis,
 at quia nec vestis Clericum, nec habi-
 tus facit Monachum, cujus est hæc ima-
 go, quam præfertis & superscriptio?
 Si Sacerdotis, si Religiosi, ubi est ve-

S. Leo epist
 84. ad A-
 nastas.
 S. Greg. e-
 pist. 5 l. 18.
 Lib. 3. de
 confid. 6.
 134

Rigorousum
 examen su-
 per statu
 vocationis
 & jus requi-
 sitis.

stra sæcularium morum conversio: m
 di, rerumque mundanarum contem
 tus, vanitatum sæcularium abdicatio,
 carnalium refrœnatio cupiditatum,
 perbiæ, vanæ gloriæ, avaritiæ, g
 sitatis, immunditiæ, pigritiæ, f
 quædam mortificatio, edomatio, ex
 minatio? Cujus est hæc Votorum, t
 propositorum vestrorum subscriptio
 confirmatio? si Vestra, ubi ergo
 maculatus candor castitatis? ubi or
 nis fervor, sollicitudo operis Dei,
 litas divini servitij? ubi vigilanti
 storalis, animarum zelus, con
 sacrorum mysteriorum tractatio?
 ne omnia in Vobis in torporent
 curiam, meram superficiem, ne
 gentiam, & ex Ore meo evomens
 luriditatem abierunt? siccine obli
 tum est aurum, mutatus est digni
 & fervoris vestri color optimus?

Indicij ri
 gor contra
 Sacerd.

Petr. Bles.
 S. Bern.
 Idem.

IV. Ecce, ecce Vestrarum conf
 tiarum libros, ecce integros dæmon
 Vos accusantium, ignaviarum & d
 ctorum vestrorum exaratos Codic
 Tu PHILOTHEE in alto sedens
 ra, & non humilia sapiebas: el
 quam melior esse quærebas, mund
 gis, quam Deo placere studebas; Ec
 fasticos proventus, in superfluitat
 gulam, & vanitates dissipabas, &

gis inhiabas lucro divitiarum, quam salutem animarum. In te fuit Sacerdotis nomen inane, & delictum immane, honor sublimis & vita deformis, deifica professio & indigna actio, gradus summus, & animus infimus, sermo multus & fructus nullus. O, pudor! & facinus!

S. Ambr.
de dign.
fac. c. 2.

S. Bern. l.
2. c. confid.
c. 7.

V. Et tu Monophile velox eras ad mensam, tardus ad Ecclesiam, pervigil ad fabulas, somnolentus ad vigilias, & praeceps ad loquendum, invitus & rarus ad tacendum; promptus ac pronus ad iram, contentiones, & murmuraciones, insuetus ad patientiam, mansuetudinem ac humilitatem; libertatis amator, licentiarum inventor, regularum transgressor, disciplinae praevaricator, quietis, silentij, solitudinis, orationis, &c. confratrum tuorum disturbator. ! O scelus! & criminum farrago!

Et contra
Religiosum.

Facessite hinc uterque, immundi, tepidi, vecordes, vagi, incircumspecti, dissoluti, leves, ut quid saecularis status vos sibi non servavit? ut quid habitum mutastis, non animum? ut quid terram sanctam incoluistis? eleemosynas & fundationes piorum devorastis? loca vobis multo sanctiorum occupastis? Angelica officia vestris vitijs profanastis? Si vestro arbitratu vivere, genio & libertatibus indulgere, in pigritia

Severae ob-
jurgationes
Iudicis con-
tra utro-
que.

Expediret
fuisse Lai-
cum.

tiâ & socordiâ delitescere delectab
in mundo, in loco sordium, in Con
in trivijs, in popinis sordescere po
stabat. & simplicem gehennam, aut p
gatorij pœnam in statu sæculari
vivendo vobis comparâstis, nunc
habitu Sancto duplicis supplicij
Vos fecistis.

Traduntur
ad pœnas
purgat.

VI. Ite ergò, ite Tortores, tra
hite animas habitu, quam vitâ
tiores; trahite sine morâ, trahite in
terraneos carceres, duplicate dup
secundùm opera eorum; pro mensura
catorum, erit & plagarum modus.
enim Vobis, non exhibitis inde, donec
novissimum minutum reddatis.

Apoc. 18.
Deut. 25.

Luc. 12.

Timor ju-
dicii post
mortem.
S. Aug. l.
medit. c.
29.

PHILOTH. Heu nos! quam
rè fulminas, quam horribili tuba
diciam nos vocas: Væ misero mihi,
adveniet dies judicij mei, & aperti sunt
libri conscientiae meae, & dicitur de
Ecce homo & opera ejus: ecce nihil resp
dere potero, sed demisso capite pro
sione stabo trepidus & confusus.

VII. THEOPH. Non dirè fulminas
nec in furore arguo, sed pro parte
sti Iudicis increpando duras fulguro
ruscationes, & metuentibus do signific
nes, ut fugiant à facie arcus & liberentur
dilecti Dei. At nunc in reprobatione
aeternae judicio furor irae ejus app

hendet impium, & mittet contra eum fulmina, & voces tonitruu sui in rotâ. Igitur sedebit contra Reprobum, ille Rex tremendæ Majestatis, qui quondam jacuit ut infantulus, seque passus est fugari, ut imbellem, capi ut debilem, calcari tanquam vermem, trahi velut jumentum, ligari ceu mancipium, illudi ut stultum, accusari, ut reum, judicari tanquam blasphemum, condemnari ut malefactorem, in crucem denique agi, non secus ac profligatissimæ vitæ laronem. Hic, hic jam vice versa sedebit, ut iudex, eruntque illius oculi tanquam flammæ ignis, pedes sicut in camino ardenti, vox tanquam aquarum multarum, & de ore ejus procedet gladius ex utraque parte acutus. O qualis horror & tremor! quando sedente hoc Iudice infra infernus hians, supernè cælum clausum, foris mundus deserens, intus conscientia rodens, à dextris peccata accusantia, à sinistris dæmonia terrentia, antè æternitas longâ, retrò voluptates præteritæ peccatorem terrebunt, omnesque contra eum armatæ creaturæ ad iudicium procedent, quod ipse non prævidit, rapiendus per viam, quam non exploravit, in orbem, quem non cognovit, ad Iudicem, quem contempsisse se meminit, interrogandus, quod

Iob. 41.

Pj. 76.

Iudex.

lim parvus.

Apoç. 1.

Nunc sedet
tremendus.Terror re-
probi ex
circumst.

non credidit, respondurus, quod non
 ravit, rationem redditurus, quam
 computavit, sententiã percepturus, quod
 non exspectavit, deprecaturus, quod
 non exorabit, luiturus, quod per
 le millionum circulos nunquam ex
 bit.

Ex qualita-
 te Iudicis.

VIII. Circumspice miser, sic
 prehensus; quò fugies, dum latere
 possibile est, apparere intolerabile.

S. Aug. 1.
 3. de symb.

En Iudicem, qui nec gratiã prævenit
 nec misericordiã flectitur, nec peccata
 corrumpitur, nec tuo jam amplius
 factionis, aut pœnitentiã promissio
 gatur. En fumus in ira ejus ascendit.
 nis à facie ejus exardescens tanto
 destinatum tuum inferis caput invadit.
 melius tibi foret, illicò infernales poen
 quàm Domini judicantis ferre præ
 tiam, ita enim in furore suo arguit

Auct. im-
 perf. hom.
 49.

Exprobra-
 tiones ex
 passione
 Christi.

te: Ego propter te homo factus sum, pro
 te alligatus, & delusus, & cæsus, & cruci-
 sum. Vbi est tantarum injuriarum meo
 fructus? Ecce pretium sanguinis mei,
 dedi pro redemptione animæ tuæ, ubi
 vitus tua, quam mihi pro pretio sanguinis
 debebas? Ego super gloriam meam te habui
 cum essem Deus apparens homo, tu autem
 liorem me omnibus rebus fecisti: à seculo
 confregisti iugum, rupisti vincula mea, et
 tisti ad me tergum & non faciem.

Ier. 2.

litus es Domini Salvatoris tui, nunquam me nominasti nisi blasphemando, nunquam meum Corpus suscepisti, nisi in cordis tui cloacam sepeliendo, nunquam aliter sanguinem meum, passionemque meam tractasti, nisi conculcando; quod præceptum non es transgressus? quem dæmonem in animam tuam non admisisti? quibus nefandis cogitationibus non consensisti? quæ impietatis opera non perpetrasti? Nunc sanguis meus contra te clamat, vulnera mea contra te allegant, cicatrices conqueruntur, clavi loquuntur & probant, crux mea portatur in testimonium.

Ingratitudinis exprobratio.

IX. Ecce jam contra te dilatavit infernus os suum, jam patet tibi carcer æternus, jam horroris caverna, jam fornaces ardentes, jam desperatorum vorago, jam chaos maledictionis, vastum sine mensurâ profundum sine fundo, plenum ardore incomparabili, fœtore intolerabili, dolore innumerabili. Igitur maledicte in hunc ignem æternum, sævissimè urentem, vermem corrodentem, sulphur fœtens, torrentes flamas, in antrum maledictionis, in anathema oblivionis, in funeitissimam omnium peccatarum officinam. I maledicte in lacum picis, in stagnum sulphuris, in puteum in-

Inferni vorago aperta.

Hugo de S. Vict. l. 4. de ani.

Inferni descriptio.

Ejusdem
pœnæ.

interitûs, in fossam buffonum, in
luncam draconum, in cloacam fœdum
in abyssum inferni inferioris : ubi
cisà omni redemptionis expectatione
desperatio totam sibi malitiæ confu-
sionem vendicabit. Ibi portio
sint atrocissimæ flammæ, densissimæ
tenebræ, carbones inextinguibiles
planctus inexorabiles, aspectus dam-
num horrendissimus, stridor denti-
rabiolissimus, crudelissima famis
atrocissima sitis, implacabilis execra-
tio, & desperatio prorsus irremedi-
lis.

S. Cyril.
Alex. orat.
de exitu
anim.

Pœnarum
omnium
æternitas.
S. Aug. l.
de triplici
habitaculo
6. 49.

X. Ibidem ingemisces maledictæ
& nemo compatietur; clamabis,
nemo flectetur; lamentaberis, & nemo
lulus eripiet; ululabis, ac planges, & nemo
mo miserebitur. Perpetua tua
tas erit diabolorum sine divortio,
stiarum ferocitas sine effugio,
strantium crudelitas sine clementia,
laniatio vermium sine consumptione,
dolor sine remedio, captivitas sine
laxatione, pœna sine remissione, sep-
plicium sine redemptione, defectus sine
defectu, cruciatus semper præsens.
Hodie semper durans, Cras nunquam
superveniens, præteritum nunquam
absens, annus nunquam transiens
morsque & morsus sine morte, quia

mors vivet, & finis semper incipiet, & deficere nesciet defectus in aeternum & ultra.

S. Greg. I. 9. mor. c. 49.

XI. O furor! ô indignatio! ô tonitrua! ô fulmina! extruditur, eliminatur, laceratur, cruciatur, dilaniatur & abripitur anima illa immortalis, illa Dei filia, illa S. mæ Trinitatis imago, illa pretiosissimo IESV sanguine redempta, dealbata, purpurata, & sanctificata quondam Dei sponsa. Expellitur uti canis, maledictis, & execrationibus oneratur, diris omnibus devovetur.

Exod. 15. 18. Anima cū furore abripitur.

Quisnam vel obstinatissimus peccator hæc audiens, sciens, & credens non contremiscat? O homo stulte! & absque consilio, quando tandem sapiens, & intelliges, & novissimam providebis aternitatem, digito modicum ignem tangere metuis, & quomodo non formidas in ignis perpetui rogam ligatis manibus, & pedibus conijci? Quod si te formidare dicas, age ergo, ut ad evitandam istam pœnosissimam aternitatem, quotidiana lectione hoc volvas & repetas in illo aternæ damnationis supplicio, quidquid potest excogitari, adesse

Consideratio inferni.

Cassian. in confess. Theolog. part. 3.

s. Ambr. in c. 58. Isai.

semper, & adesse etiam semper, quidquid non potest excogitari.

ME-